



deinde orationes
interpellationes

Alia expositio
nusse

mittunt. postea uero a clero respondit. do gratias. quia
in huiusmodi celebratione augustinus ait testante. pri-
mum fiunt obsecrationes. nec non & gratiarum actio-
nes. obsecrationes namque id est precationes. dictas accipi-
mus quas facimus in celebratione sacrificiorum. ante
quam illud quod in domini mensa est incipiat benedici. qua
totam precationem fere omnis ecclesia dominica orati-
one concludit. Orationes aguntur dum sancta oblatio
benedicitur. & ad distribuendum praeparatur. Inter-
pellationes uero. siue aliqui codices habent postulat-
iones fiunt cum populus benedicitur. Tunc enim antestites
uelut aduocati. susceptos suos per manus in positionem
misereri cordissime offerunt potestati. his enim pacas
& participato. tanto sacramento gratiarum actio cunc-
ta concludit. quam in his & iam uerbis ultimam commen-
dauit apostolos. **ITEM INCIPIT EXPOSITIO.**

Dominus uobiscum. Salutat sacerdos populum & orat
ut dominus sit cum illo. Et cum spiritu tuo. Responsio populi
atque oratio ut sic sacerdos orat quod dominus est & cum po-
pulo. ita & populus orat quod dominus sit cum spiritu sacerdotis.
Dum dicit sacerdos. **OREMUS.** Rogat omnes orare
ut oratio eius ad domino exaudiatur. & quando dicit. **PER**
DOMINUM NOSTRUM IESUM CHRISTUM FILIUM TUUM. Ad dominum patrem
orat sacerdos ut per suum filium qui dominus noster est. aequaliter
sic pater. oratio officiat cum dicit. qui tecum uiuit & regnat deus
in unitate spiritus sancti. Uult populum credere & intelligere
quod filius cum patre sine initio ac sine fine uiuit &
regnat. & deus est. sic pater deus est. & ut una potestas est spiritus sancti
cum patre & filio atque una substantia & in omnibus